1252. in Martio et Aprili.

Ex Arch: Capitt. Uladislavien.

Donatio villae Lanzino militibus cum libertate à Stroza per Casimirum Cujaviae ducem.

208

In nomine Domini Amen.

Ea quae aguntur in tempore, simul cum labenti labuntur tempore, nisi testimoniales literae munimine perennentur. Quamobrem nos Kazimirus DEI gratia Lancitiae ac Cujaviae dux notum facimus nationibus posteris et modernis, quod nos fratribus tribus, videlicet Lazaro, Bartholomeo, Vincentio, haereditatem, quae Lanzino dicitur, et praefatorum fratrum posteritati contulimus iure haereditario ac inviolabili in perpetuum possidendam, hoc duntaxat modulo gratiae superaddito, ut fratres iam saepius nominati à custodia quae Stróza vulgariter nuncupatur sint penitus liberi et immunes. Ut igitur haec nostra donatio rata et in perpetuum permaneat illibata, praesentem paginam nostri sigilli appensione et testium adnotatione fecimus communiri, testes autem hi sunt. Florianus

Nobilium

Florianus thesaurarius Lancitiæ, Ioannes Subpincerna, Semiradus, Zwrardus, Michaël Ioannes, Conradus, Miroslaus, Nicolaus Mauricius, Iacobus. Actum in Howolie in Ramis Palmarum. Annô gratiæ Domini millesimô ducentesimô quinquagesimô secundô.